Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8282
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

qui sacris laticibus baptisati erant
repente conuersi ad uidendas uitulas
kitula que modo dulce cantitila-
ntem delectabat / que ymprimis
et persuasionibus suis et eloquiis
tuis sponso reconciliauerat sponsam /
et introduxerat eam in cellam vina-
riam iterum conuersi ad vaniloquia
ad steriliitates ad ordinandum
dolos et detractiones / absit hec
a nobis / sed cum ad talia relabimur
ex infirmitate humana / recurramus
ad clementem medicum qui suscitat
a terra inopem / et de stercore
erigit pauperem Et ipse qui sana-
uit uulnera mulieris peccatricis
iterum curabit et sanabit nos /
Oremus ergo ut hec et alia
impedimenta auferat a nobis / Amen

De reformatione anime que ad sui
Conditoris similitudinem est creata

Consilio namque sancte trinitatis
ad ymaginem et simili-
tudinem suam creator
tuus te creauit / quod
nulli ex creaturis aliis donauit
ut tanto eum ardencius diligeres
quanto te mirabilius ab eo conditam
intelliges / Considera ergo nobilitatem
tuam quoniam sicut deus vbique est viuifi-
cans omnia mouens et gubernans
et sicut deus est viuit et sapit

Ita tu secundum modum tuum es / viuis et
sapis / Et sicut in deo sunt tres
persone pater et filius et spiritus sanctus
Sic tu habes tres vires / intellectum
memoriam et uoluntatem Et sicut ex
patre generatur filius / et ex ambobus
procedit spiritus sanctus / Ita ex intellectu
generatur memoria / et ex hiis ambobus
procedit voluntas Et sicut deus pater
deus filius deus et spiritus sanctus
non tres sed vnus est deus et tres
persone / ita anima est intellectus / anima
memoria anima voluntas / non tres
anime sed vna anima et tres vires /
Ex quibus anime viribus tamquam excellen-
tioribus iubemur deum diligere ut dili-
gamus eum toto corde / tota anima to-
ta mente / toto affectu / tota memoria
tota voluntate / hoc est toto affectu
sine defectu cum discretionis intuitu
sed non solum sufficit de eo meditari ad beati-
tudinem nisi sit in amore voluntas
ymo hec duo non sufficiunt nisi etiam
addatur memoria ut semper in mente
intelligentis et volentis maneat
deus / ut sic nullum possit esse momentum
quo non vocatur homo uel fruatur
dei bonitate et misericordia / Ita nullum sit
momentum quo eum presentem non habeat
in memoria / Intellige nobilis creatura
dignitatem tuam quia non solum insignita
dei ymagine sed etiam decorata si-
militudine / Dicitur enim saluator
tuus qui te ad similitudinem suam
creauit est benignus bonus et iustus /
suauis et mitis / paciens et misericors /
et cetera insignia que de deo leguntur /